

N.B. This Collection is remarkable  
for Milton's Lycidas, which closes  
the book: and this original edition  
of it has some slight variations from  
the copy printed in Milton's works.

A few years after the preceding  
was written, Mr T. Harton has  
published his edition of Milton's  
Juvenile Poems, & has pointed out most  
of the variations from this edition.  
But it should seem, that his own  
explanation of the word "afielde"

in line 27) would have been strongly confirmed if he had printed it "a-field" as in this edition. "lore" instead of "lore" [in line 55] being a plain error of the press is properly unnoticed by Mr Warton: but surely he should have observed, that line 177

"...on the black kingdome neck of jona's loe"  
is not in this original edition; nor is  
it at all necessary either to the sense  
or metre.



36. LITERAT.

JUSTA  
EDOVARDO KING  
naufrago,  
ab  
Amicis mœrentibus,  
amoris  
&  
pudicis xæv.

---

Sicut et calcum ponas, ubique naufragium est.  
Pet. Arb.

---

CANTABRIGIÆ:  
Apud Thomam Buck, & Rogerum Daniel, celeberrimæ  
Academiæ typographos. 1638.

EDWARD KING

BRITISH LIBRARY

de

EDWARD KING

EDWARD KING

18

1852



P. M. S.

EDOVAR'DUS KING, F. JOANNIS, (EQUITIS AU-RATI, QUI SSS. RRR. ELISABETHÆ, JACOBO, CAROLO, PRO REGNO HIBERNIA'E A SECRETIS) COLL. CHRISTI IN ACADEMIA CANTERBRIG. SOCIUS, PIETATIS ATQUE ERUDITIONIS CONSCIENTIA ET FAMA FELIX, IN QUO NIHIL IM-MATRUM PRÆTER ÆTATEM, DUM HIBERNIAM COGITAT, TRACTUS DESIDERIO SUORUM, PA-TRIAM, AGNATOS ET AMICOS, PRÆ CETERIS FRATREM, DOMINUM ROBERTUM KING, EQUI-TEM AURATUM, VIRUM ORNATISSIMUM; SORO-RES, FOEMINAS LECTISSIMAS; IAM DOM. G. CAULFIELD, BARONIS DE CHARLEMONT; MARGARETAM DOMINI G. LODER, SUMMI HI-BERNIA'E JUSTITIARIU' UXOREM; VENERANDUM PRÆSULEM EDOVAR'DUM KING, EPISCOPUM ELPHINENSEM, A QUO SACRO FONTE SUSCE-PTUS; REVERENDISSIMUM ET DOCTISSIMUM VIRUM GULIELMUM CHAPPELL, DECANUM EC-CLESIE CASSELIENSIS, ET COLLEGII SAN-CTÆ TRINITATIS APUD DUBLINIENSES PRÆ-POSITUM, CUJUS IN ACADEMIA AUDITOR ET ALUMNUS FUERAT, INVISENS, HAUD PROCUL A LITTORE BRITANNICO, NAVI, IN SCOPULUM ALLISA, ET RIMIS EX ICTU FATISCENTE, DUM ALII VECTORES VITÆ MORTALIS FRUSTRÆ SATAGERENT, IMMORTALEM ANHELANS, IN GENUA PROVOLUTUS ORANSQUE, UNA CUM NAVIGIO AB AQVIS ABSORPTUS, ANIMAM DEO REDDIDIT; III. EID. SEXTILEIS; ANNO SA-LUTIS MDCXXXVII; ÆTATIS XXV.



Ec, Edovarde, Justa Tibi solvunt dolor,  
Pietas, amórque: nec illa Justa, nec Tibi,  
Sed Gratii Musisque tecum mortuis,  
Apolliníq; naufrago. Quæ funera  
Dispensio tanto paria, quæ Justa sunt e:  
Soli occidenti, nec orituro, secula  
Damnata tenebris, qua parentarent face:  
Qua nunc prece fatigabit absentes Deos  
Poeta? Phœbus abiit, & si quod aliud  
Est literarum numen ac mentis bonæ,  
Id omne nos reliquit, & sequax Tui  
Fugiente pennâ deseruit ignavam humum.

Quid ergò inania versuum conamina.  
Affertis inopes; quid leves panegyrum  
Umbras, fatiscentis crepuscula ingenî:  
Facesse, vates; obsequia tam tenuia.  
Nec tanta clades postulat nec accipit:  
Abi, poeta, quisquis es; frange calamum,  
Frange imparem, malefane: quem tam frigido  
Encomio celeras, trucidias, improbe;  
Quod unicum reliquit immite pelagus  
Tanta ex ruina, Nomen occidis, mari  
Immanior, scopulîsq; crudelis magis.

Dum quantus & quis ceciderit malè creduli  
Hinc aestimabunt posteri, fractus iterum  
Ille ad nepotes infimos, & se minor  
Descendet; atque rebus humanis licet  
Ereptus astra teneat, æternæ incola.

A. 3

Serenitatis,

Serenitatis, sentiet tamen nova  
Inusta famæ vulnera, subibit alia  
Discrimina, procellis sublesti carminis  
Sensim obruetur, & epicedio impari;  
Calamóque quām tridente saucius magis  
Rursus peribit, versu in omni naufragus.

Sic Justa solvimus! heu fides prisca, & pudor,  
Pietasque iniquè sedula! Quid ille meruit,  
Fata ut subiret denuo? Asta funeris  
Judex viator, (at nec astare est opus,  
Portatile monimentum habes, in quo jacet  
Sepultus, is qui nec sepultus nec jacet)  
Adsis tamen spectator, & si durior  
Nolis peremptum flere, funus defleas.

Ille, ille, quantus juvenis! heu, quantus senex  
Olim futurus! (at futurum hoc transfit)  
Kingus obiit; Rex artium, Princeps togæ,  
Scholæ Imperator, & (quod est omni altius  
Regno) suorum affectuum Tyrannus, atque  
Animi Monarcha (dritis & lati imperi,  
Quò Cæsar aquilas non tulit, nec barbarus  
Signa Macedo, victo orbe non compos sui)  
Obiit. Quid ultrà postulas? Ut omnia  
Pompæ sepulcrali, & dolore perstrepant;  
Geminæ ut Sorores lumina (Ipsæ lumina  
Sexus sui gentisq;) morientis premant;  
Supremum ut hauriant Quatermo nobilis,  
Hibernæ ornamenta, Fratres halitum;  
Ut roscidis plantæ Sabææ lacrymis  
Singultiens pollinctor admiscens suas,  
Fraganti amomo, thure, myrrhâ, balfamis,

Dulcique

Dulcique amaraco cadaver frigidum  
Dudum calentis ingenii exuvias luteri;  
Affinium ut numerosa nobilium cohors,  
Ut literatorum agmen, ut Academia,  
Ut (quam suorum scripsit hæredem pius)  
Christo domus dicata (quæ superbiens  
Tam magno Alumno, læta jampridem caput  
Inter sorores extulit, nunc squalida  
Jacet, sepulta pulvere annosas genas,  
Et jam ruinas moesta meditatur suas)  
Ut templa, rostra, parietes, altaria  
Pullatum amictum, ac triste cilicum induant;  
Passim ut columnis carmina appensa, & domus  
Affixa fulgeant paternæ insignia;  
Deductio ut solemnis, & lessus sacer,  
Rhetórque pallens (præpotentis eloqui,  
Quo vivus Ille claruit, frustra æmulus)  
Condant sepulcro mortuum; ut nitens ebur,  
Marmor perenne, aut Dædali musivum opus  
Cineres repostos obtegant; ut aureis  
Epigramma scriptum literis & carmine,  
Patriam, parentes, iadolem, ætatem, omnia  
Narrans, loquatur. *Hic sumus æterna in domo.*

Hæc sacra sanctis manibus: sic debuit  
Relictus orbis solvere parentalia.  
Atat nec illa Justa; nec sunt (proh dolor!)  
Soluta, nec solvenda. Tū tanti rea  
Peragenda sceleris, Regibus inimica aqua,  
Fergusianæ cædis olim conscia,  
Quæ navigantes allicis sub vindicis  
Et sospitatoris Georgi nomines;

Nunc

Nunc digna quæ Draconis æternum audias  
Infame pelagus: Παρθενος Ιόν Θetis,  
Tuā peremptum cecidit infidâ manu  
Apollini Musisq; dilectum caput.  
Nec sat peremisse; furiit insanum mare  
Ultra necem, & terram cadaveri invidens,  
Sepulcri honores, funera, exequias rapit.

Vos parcite latices sacri: nil Castalis  
Commeruit, insons unda; nil vatum cohors:  
Irrigua tellus lacrymis Phœbi suum  
Flentis Hyacinthum, folia nomen Regium  
Inscripta, ut olim, protulit; flores dedit  
Tuo sacrandos funeri. Hæc Musa impotens,  
Majora cùm non possit imbellis lyra,  
Dat, Edovarde, Justa virtuti, & Tibi.



In obitum eruditissimi viri  
EDVARDI KING,  
*C. C. Socii, in mari Hibernico*  
*submersi.*

**A** Què secundis æquora fluctibus  
Huic si stetissent ac sua Castalis,  
Vixisset istis major undis,  
Quàm propria Deus Hippocrene.  
Quantus vel ipso cæruleis super  
Vectus quadrigis issit Hibernico,  
Fluctusque multisset sub isto  
Mitiùs (ah ! ) genio tumentes !  
Talem serenis ire Thetin genis,  
Talésque fusis blanditiis Deas  
Sensurus illic, tale totis  
Littoribus resonare murmur:  
Qualem canenti sæpe sibi Chamum,  
Quales canenti mox stupuit sacro  
Phœbūmque Nymphásque æmulanti  
Accinuisse sub amne plausu.  
Eheu ! quid altum, Rex pelagi, fremis ?  
Agnoasco vulnus: Fervet adhuc vetus  
Præcordiis bilis sub imis,  
Phœbicolis nimis (heu ! ) perennis,  
Ex quo repulsa cuspidे triplici,  
Sub doctiori præsidio novæ  
Crevere Athenæ, Palladósque  
Auspicio viguere turres.  
His ergò frendes, his, Theti; spumea  
His ira pleno gurgite volvitur:  
Stirpem Minervalem severo  
Sic decuit petuisse bello.

B

Vos

Vos, ô togatæ invisa cohors Dex,  
 Longè ominosæ monstra voragini  
     Vitate; nec quisquam solutam  
     Ducat in invida regna pinum.  
 En vestra vobis sunt juga, sunt aquæ,  
 Cynthiæ vultus terga, vel avia  
     Cirrhea: nullis hæc procellis  
     Horret atrox scopulïsve vortex.  
 Nec ipsa quondam tam mala Caspia  
 Portenta nôrunt; sacrilego Notos  
     Sprevit volatu dedicatis  
     Æsonides tumidus rapinis.  
 Huic (en !) comarum huic in pretium suo  
 Signatur auro vellus: at hæc suæ  
     Devota jamdudum Minervæ,  
     Et patrio sacra dona Phœbo.  
 Ergò & nefasti rem spoliis tuam,  
 Neptune, ditas ? Ipse suo quoque  
     Phœbus timebit mox capillo,  
     Nec capit is tibi credet aurum.  
 Hinc nec stupemus luteolos Tagum  
 Crispate fluctus; vilior aureo  
     Gangésve, Pactolusve rivo  
     Fonte potest saliisse tanto ?  
 Feliciores Hesperio sinus  
 Jactentur Indo : nempe tyrannicis  
     Tanto tenetur terra damno  
     Annua ferre tributa regnis.  
 At olim adulter Dardanius suos  
 Securus ignes Idæa trabi  
     Mandavit, Ægæo fremente,  
     Nec Nemesin metuit sequacem.  
 Tum vindicantes, tum decuit suo  
 Fluctus cieri Tartaro, & improbas  
     Mersisse flamas, sic ruina  
     Quâm bene sub propria premendas !

Huic

Huic puriores ales Amor faces  
 In vela flavit: castror halitus  
     Huic remiganti pronus ala  
     Carbaseum vegetat volatum.  
 Suis tumescunt lintea Eteisii,  
 Suis reguntur, dum patriæ hic pio  
     Anhelat ardore intuendæ,  
     Quóque potest vocat ore segnes  
 In vota ventos: Nec patiens moræ,  
 Dum pleniores navita lentior  
     Exposcit Euros, querit alto  
     Mens agilis sua regna nisu.  
 Illâc tenellus quâ genius soli  
 Natalis urget, quâ trahit intimus  
     Affectus, arcano tyrannus  
     Imperio, solitóque notæ  
 Tepore cunæ; quâ vocat ocyor  
 Desiderantis pectoris impetus,  
     Fluxûsque par fusum canales  
     Distrahit in varios amorem.  
 Hæc unda multo scinditur alveo;  
 Quantus propinquâ jam magis Iside  
     Thamus calescens uberanti  
     Tollit aquas in aprica cursu.  
 Non mitiori hunc spes vehit orbita.  
 Tutis paternas jam putat osculis  
     Terras adorari, & cupitos  
     Mox oculos levat in Penates.  
**FRATERNA** primus pectora destinat  
 Amplexus: arcto fœdere quam juvat  
     Miscere lauros utriusque  
     Palladis; alteriusque tristes  
 Lenire rugas hujus amabili  
 Risu liquentes: ut genio pari  
     Ultræq; nexæ se coronent,  
     Alteræq; alterius reclinem

B 2

Sc

Se fundat ulnis. Quantus Hibernica  
 Lyra sonorus staret Hibernicus  
 Mavors in armis, dum arma laurus  
 Ipsa pia sibi pace nefit.  
 Vix hinc *SORORES*, alter amor, trahunt:  
 Toto ore pronum; vix trahit incola;  
 Dilecta cervix *MARGARETÆ*,  
 Inque genis vigilans venustas,  
 Et quæ serena fronte palam micat  
 Aperta virtus, viva modestia,  
 Non indolem mentita ficto  
 Nec genium simulata fuso.  
 Salve; eruditio sive sub otio  
 Halans, vetusti nomina seculi  
 Miraris, aureisque innocentem  
 Moribus ingeniisque prolem;  
 Seu te tabellæ picta tenet mora,  
 Seu ditori tela nitens acu;  
 Hæc penicilli dives arte,  
 Illa suo pretiosa cultu.  
 Nec ipse tantæ meta minor viæ,  
 Occure frontis totius obvio,  
 O *ELPHINENSIS* Präful, astro.  
 Te quoque non humili sagitta  
 Inclamat arcus: Sidereos juvat  
 Multoque comptos lumine cernere  
 Vultus, redundantemque sancto  
 Ore Deum. Rapit indè magni  
 Quondam verendo nomine cognitum  
 Pectus *CAPELLI*. Nempe vel huic honor  
 Debetur haud frugalis aræ,  
 Numine tam facili calenti.  
 Te consecratæ fertilis agmine  
 Permessis undæ desuper irrigat;  
 Diviniorque, haud nota priscis,  
 Cyrrha tibi referayit amnes.

Quæ vis scatebrae non superabili  
 Torrente labens! qui neque desidi  
 Captivus algâ, nec tenaci  
 Implicitus petit astra liuo;  
 Spretóque rumpens fortior obice,  
 Suum sublimis quartit Apollinem:  
 Sic resuia primum recurrent  
 In pelagus pietate fontes,  
 O hos, ut olim, perpetuum lubet  
 Duxisse fontes, mellisque rivulos  
 Noto tumentes! ô beata hoc  
 Pocula nectaræ! Suavitatem  
 Agnosco priscam, nec mihi simplices  
 Feracem in haustus: Hinc & adhuc bibam;  
 Aeternaque aeternum *CAPELLI*  
 Ubera me teneant alumnum.  
 Heu! quanta leni in somnia credulum  
 Spes lactat aura! Quò vaga præpetis  
 Fert ala voti nescientem,  
 Elysioque fugace mendax  
 Ludit sopitum? Discute nubili  
 Mox vela somni: ni prius hunc, velis,  
 Aut rumpat immanis procella,  
 Aut alio tetriore claudat.  
 Totumne cernis quæ nebulae tegunt  
 Repente cœlum? quale crepusculum  
 Incumbit axi? Nempe tantum  
 Ad scelus his opus est tenebris.  
 Neptune, fistas: Nullus Arabicis,  
 Hic nullus agris Iccius invidet,  
 Aut Indicum quartit phaselis  
 Hispanicè stribundus aurum,  
 Quin pone rugas: non tua classibus  
 Hic terga bello turgidulis premit;  
 Non huic inanis vorticosa  
 Cognitio petitur per Alpes.

Sat novit olim, cùm tacitis suæ  
 Claustris Minervæ, quæ faciles dabat  
 Tenuis Camœnas cella, cursu  
 Liberiore legebat orbem.  
 Errore tum mens incolumi vaga  
 Rerum profundos irruit in sinus;  
 Majörque lugebat triumphis  
 Non alios superefse mundos.  
 Quicquid Tonantis fulget in atrio,  
 Arcana quicquid viscera Tethyos,  
 Fratrísque postremi aula dives  
 Circuitu ligat arctiore,  
 Claudens capaci pectoris ambitu,  
 Aut Universum sedulus alterum  
 Attraxit in se, aut ipse docto  
 Prodigio ibat in Universa.  
 Vos talis error, Phœbicolæ, vocet;  
 Vos tutus illîc verset, ubi freta  
 Securiori carpat alâ  
 Icarus, Icariumque temnat:  
 Tutâque librans Zodiaci manu  
 Portenta, sacras nec timeat faces  
 Candente suffurari ab axe,  
 Nec scopulum timeat Prometheus.  
 Nimis timendi hîc & scopuli, & freta,  
 Et quæ profundi monstra rigidentibus  
 Terrore non vano minantur  
 Naufragium exitiumque nautis.  
 At huic inanes quid facitis metus,  
 Sive ipse multa doctus imagine  
 Lusisse, Proteu; sive Triton  
 Tartareo truculente rictu?  
 Frustrâ cupita pellis Hibernia :  
 Coelestis illum jam patriæ decor  
 Defixum in ulnas, & flagrantem  
 Elevat ad nova vota mentem.

## Desideratum

Desideratum tollite in æthera,  
 Istíque saltem reddite patriæ,  
 Fluctus: tumescentesne frustrâ  
 Tanta sinus levat aura vestros ?  
 Quid invidendo, nubila, tegmine  
 Jam sustulisti sidereos mei  
 Vultus Olympi, Tartaróque  
 Mergitis ora negata vestro?  
 Quocunquè tristis me rapiat furor,  
 Quocunquè vortex deprimat, aureæ  
 Me notus ignis uret æthræ,  
 Tolleret & in patrias cupido  
 Alata sedes. Xerxa detonent  
 Flagella dorso vinclâque Hibernico :  
 Livescat ô brumale tergum  
 Aëre, sonetq; pluente ferro.  
 Ergóne tuto prædo rapax potest  
 Lustrare lembo Balticum, & omnia  
 Furtisque, stuprísque, & natanti  
 Undique contemerare strage ?  
 Quid ô Deorum tam citus arbiter  
 Auget senatum? sed nec adhuc loco  
 Maturus isto; aptumq; terris  
 Eloquium rudè vagit. Illîc  
 Quis vocem herilis fontem opulentia  
 Bibet fluentem, tam variabilis  
 Torrente manantem loquela,  
 Multiplici ora rigante melle?  
 Hîc nempe lenis Gallus, & Italus  
 Blandè liquenti mitior impetu  
 Mollesceret; mox per rigentes  
 Gutturis asperior meatus  
 Teuto sonaret: Proteüs hinc novus  
 Turgente Graæ tramite copia  
 Exiret; alto mox Iberum  
 Indueret tonitru cothurnum.

Quid

Quid tantus oris condidit abditum  
 Nilus sub umbris cæruleis caput?  
 An edocendis hic in alta  
     Piscibus ut comes iret aula?  
 Curta tabella sollicitos tenet  
 Nos pictus orbis: quærimus hæc loca  
     Probrosa jactura recenti,  
         Atque novo freta nota damno.  
 Orbem (en!) pedalis circuit ambitus;  
 Guttâque ponto magna Britannia  
     Secernitur Pygmæo ab orbe.  
         Quod nocuit (scelus ô pudendum!)  
 Vix punctus audit. Deterimus tamen  
 Quicquid perosi cernimus æquoris,  
     Ultricis unguis vindicante  
         Suppicio, aut (leviore poena)  
 Salsis genarum mergimus imbribus.  
 Omitis irarum & facilis furor!  
     Nunquam procella tam benigna  
         Flagitium maris eluendum!  
 Quin mista sculptis lacryma fluctibus  
 Vivaciores dat sceleris notas,  
     Et intuendos tristiori  
         Exhibit effigie dolores.  
 Nam guttularum per vitreum latus  
 Transmissus horror gurgitis, impetu  
     Vero videtur fluctuare,  
         Dum gemitus tumido dat Euros.  
 Crudelis æstus! non ferimus truces  
 Vultus ruina: tergimus hinc aquas.  
     Abire lætos ipse lætus  
         E patrio jubet (ecce!) cœlo.  
 Abite, fletus. At Tibi lacryma  
 Cyrrhæ jugosis deflua ripulis  
     Pompam supremam gemmulato  
         Ecce parat famulata luctu.

Hærere

Hærere notis quæm properat genis,  
 Totumque lenti stringere vinculis,  
     Ut clausus æterno erudit  
         Sub tumulo rutiles electri!

N. Felton.

Dure nimis, quisquis lacrymis discrimina ponis  
 Lugendiq; modum: nullo te præfica lessu,  
 Nemo tuum funus ferali crine solutus  
 Plangat; & in vacua si quando naufragus ora  
 Jactari vento, nemo squalentia ripis  
 Offa legat; media jaceas neglectus arena.  
 Quisnam hic castiget luctus? In funera planctus  
 Quos ego suscipiam? quem non causa una canendi,  
 Non trahit unus amor? Quoties (memini) Ille benignam  
 Porrexit mihi saepe manum, si forte recentem  
 Materiam in Musas dederim! quæm lenè serenus  
 Riserit, argutos ducens in carmina nutus!  
 Hei mihi! jam meus occubuit demersus aquosum  
 Phœbus in Oceanum, nunquam exhibitus apertos  
 Ore mihi radios, solitásque in carmina vires.  
 Ut tentem tamen usquæ licet; neque funditus omnem  
 Solis ab excessu dejecti mente calorem:  
 Sed veluti vitrea si quando inclusa sub unda  
 Gemma latet, micat usquæ tamen, fragilèque nitorem  
 Et tremulum jaculata decus; post funera dulces  
 Reliquias animæ spiro, procul ore calorem  
 Usquæ lego, & veteris servò vestigia flammæ.  
 Tu qui cæruleis incingis littora vittis,  
 Oceanus pater, audaci tu tale dedisti  
 Imperium pelago, sic, quod commisimus, ingens  
 Depositum hauriri rapidique immigerit undis?  
 Dii superi! que' e lymphæ, que' e unda piabit?  
 Ipse unda, atque ipse meruere piacula lymphæ.

C

Exof

Exosi nimirū fluctus I non *Optima lympha*,  
 Pindare, jam saperet tua: tristem quisque mephitim,  
 Et Phlegethon team mallet gustare paludem.  
 O si te premerent æterna silentia Lethes,  
 Aut pulsare alio didicisles pollice chordam,  
 Et titulo meliore legi I Natura creatrix  
 Ipsa dolet quod fecit Aquam; rursusque subiret  
 Quam Phaethontæ gaudens incendia flammæ,  
 Sic saltèm (cùm non capiant hæc funera bultum )  
 Scilicet inventura rogam I Jam mœsta dolensque  
 Post hanc jaſturam, incepit dubitare futurum  
 Exitium mundi, & totum nè corruat ævum,  
 Néve undis, cùm nil ignes potuere, periret:  
 Diffiditque sibi, nè cùm non provida tantum  
 Perdiderit specimen, post hac fabricaret inertem  
 Degeneremque operam; tentamentumque sequentis  
 Artis in ignavæ solvatur frustula formæ.  
 Tanti erat interitus I Tu fato ditior isto,  
 Et jam non Tellure minor, nunc gurgite, Nereu,  
 Altius insurgas, tumidisque superbius undis.  
 Tandem majorem te Tellus victa fatetur:  
 Sed fato, non forte datum est. Da, cœrule Nereu;  
 Digneris Terra tanta pro dote pacisci,  
 Ut saltèm inveniat lacrymosum ex æquore marmor.  
 O ibi securus jaceat, neque terreat ossa  
 Scylla frequens! Quoties aderit revolubilis annus,  
 Musa novam tumulo canet indefessa querelam.  
 Tam pia cùm videat solennia vota quotannis,  
 Nuncius Auster erit. Nunc hæc libamina, manes,  
 Hæc vobis, sed parva fero: Neque flumina tantum  
 In mare labuntur; tenui fluit amnis arena.

R. Mason.

Mercator

**M**ercator fragili Ligur carina  
 Potest gemmiferum videre Gangem,  
 Atque alt'ro latitans sub orb'e sidus,  
 Australi rutilum polo Canopum;  
 Mox Indo rediens onuslus auro,  
 Securus patrio locat reductas  
 Merces littore; nauta clamat omnis,  
 Emant cinnama purpuramque cives:  
 Tutus per mare prædo Maurus errans  
 Ventorum laqueum Deo minatur,  
 Scyllæ & præteriens sonantis ora,  
 Tuta Afro sua furtæ condit antro,  
 Successu intrepidus subinde Hibernas  
 Nigro milite territorus oras:  
 Nos certè miserabilis togata  
 Gens, dum visimus interim penates,  
 Divisamve brevi freto Sororem  
 Marito modò nobili locatam,  
 Absorpti patriis perimus undis.  
 Sic, ô sic periit decus chorique  
 Nostræ gloria magna literati,  
 Quæ Deva tribuit maris potenti  
 Vestigalis aquas Deo, vagoque  
 Fluctu mœnia Cœstriæ flagellat,  
 Amnis æmulus inclytæ Sabrinæ.  
 Hic multis patet ostium carinis  
 Adventantibus exequitibusque;  
 Hoc fido malè primus ille portu  
 Scandit arboris improba phaselum,  
 Cum parvi modò sarcina libelli,  
 Jucundi comitis periculosa  
 Viæ. Sed malus inficiusque Vector  
 Grandis depositi, ratem latenti  
 Infixit scopulo, subinde toto  
 Invasam Nereo; vidente enjus  
 Sinu jam latet ille tristis umbra;

C 2

Solus

Solus naufragii unicūsque gaza  
 Nullo mersa resacienda lucro.  
 Talis Persica non natabat olim  
 Passim per mare Cycladásque sparsa,  
 Certatim Euboicis legenda nautis :  
 Talem non vehit ulla, non Ibera  
 Auro classis onusta Mexicano,  
 Expugnanda rebellibus Batavis,  
 Vector, redde virum, scelestē Vector,  
 Digne qui bove mugias Perilli,  
 Infami ô scopulo ligande Vector.  
 O dignum mare compedes patique  
 Rursus vincula Perfici tyrañi !  
 Exaudi mea vota, bruma, septem  
 Potentes quoque frigoris triones :  
 Istum, postulo, gurgitem profundum,  
 Sub prädāque recente adhuc hiantem,  
 Ut mox perpetuo gelu coacta  
 Astringat glacies, & alba nigrum  
 Locum marmore pensili coronet.  
 Cui tu, Phœbe, caloris & diei  
 Noſter lucidus autor arbitérque,  
 Unicam modò (cæteras coerce )  
 Notam cuspidē virgulam decora  
 Effundens, radio micante sculpe  
 Nomen & meritum Viri, parentes,  
 Patriam, miseræ modumque mortis;  
 Ut saltēm jaceat sub hoc celebris,  
 Dignus vel Cario tegi sepulcro.  
 Verūm te tamen, ô facer libelle,  
 Infauti domini comes libelle,  
 Volunt fata superstitem periclo.  
 Te pīscis gelida vorabit alvo  
 Tui fedulus anxiisque custos,  
 Et, ni mens malè vatis ominatur,  
 Per Chami virides natans lacertos.

Noſtris

Noſtris his iterum vomet sub oris:  
 Tum plebs gestet universa monſtrum  
 Circumſuſa novum videre; tūnque  
 Udas volveſe paginas licebit,  
 Tuas marginis & notare labes,  
 Quam paſſim pia gutta lactymantis  
 Fœdārat domini: tuaque fronti  
 Divinam ejus imaginem imprimemus,  
 Munus nobile Cæſari dicandū.

Joh. Pullen.

(1) Ανιμασθν μαλ' ἐγάνγ', εδ' ἐπ' θάμβος ὀπλίθομαι,  
 Ος νῦν δικρύθεντε τ' ἐρεβενός τε κακριμένα  
 Παντὸς ἔστι πᾶν γαῖαν ίσθι Παλλάδιθ' Ἀθηναῖς  
 Θαυμασθν δ', ἐρέενον τε καὶ εἴποτέ μοι ὡδὲ πι,  
 "Οὐαὶ Ταῦδ' ἐργάτεναν τε γαῖεναν τε καὶ μύγλασαν  
 Τῆν Κ. εἰσιδένει θηκή ἐπ' ζωοῖσ' ἐναρίθμου.  
 Αὐτῷρ ϕέπε, πρᾶψ φέπε μάν πλεῖς ἴεργη φάσθ,  
 Μετάνιον μετεργάτων σόμα, καὶ μὲν περιφέρεια πον  
 Φωνᾶν, ταῖς ἄρισταις θυμετελεῖς θέται, εἴρχατο οὐδὲν Ελλάδι  
 Τὰν αἰνῶς φιλέσκοις, ὃντις ἐπὶ ταῖς το πλον ιὔπει,  
 "Ωστ' ἀειστέλει μην πατεροθύμιαν, ὥστε μην  
 Σύμπαντας ἐσορᾶν αἱς τὸν ποιεῖν τὸν Ιάσονα.  
 Ταῖς γὰρ διετέτας πολλὰ παρήνυθε καὶ ἀλικας.  
 "Οὐαὶ δ' ἄλιος αἱς διώς θαλάσσας νοσὸς κιμάτα  
 "Αἰψ' ἐπινῦτε μέρεα, καὶ Κυπρῷμενα νεώτεροι  
 "Τυμης πούδες Απόλλανος, ἔκσοι ποτιθέγμοι  
 Νόσοι μελίνω μέμνονται, εἰ τοῦτο ἀναδίστηται.  
 "Οι φα. Τάνος ἐχάρι. Δάκρυα δ' εἰς ιηρατό, σ' ἐπόστα  
 Τῷ γε πάντα τὸνται· ἀκέποντος πολλοὺς ἔστελλοι.  
 "Οι ηπιτάθλοι στηλεύενται ἀνδρὸς ἐπὶ καθίνα  
 Δᾶρε, διχολύκω εἰποκα λαστινῆς ιστος δ' ὑπάτη,  
 Λαΐσα ἐποιησόις ταῖς τα πυθέδαι μέγ' ἀπέκει.  
 Τὰν ἔτε, Μάση, τῷ πῆμα φίλω κόπτε Χαρυλίδος  
 Πέργαν, ταῖς θυέλλαις ἀνέμων μέγ' ὀπιμέριφεο,  
 Καὶ τὰ κιμάτα νείκεις, θάλασσας καὶ αἰμάνεο,  
 "Α Ἀργα συνάρατος ἀντεργήν τ' ὠλεος ίησονα.  
 Φωνᾶν Δωρίς εοῖς Δωρίδος αἰδηλᾶς δοῦλος ἐρεζωτο.

Guil. Iveson.

C 3

Tuta

**T**ulta peregrinis sospesque virescit ab armis,  
Nec timet externam terra Britanna manum;  
Ambitus æquorei quippe irremeabilis alvei  
Difficiles aditus ambiguosque dedit:  
Dum brevia, & Syrtes, mediisque latentia ponto  
Terrent ignotas naufraga saxa rates.  
Dii maris hoc, summae quibus est hæc insula curæ,  
Indulgent nostro præsidium imperio.  
Heu! tamen his periit queis nos servamur in undis,  
Gloria Cantabriæ non reparanda chori.  
Mitte male impensas posthac persolvere grates  
Numinibus duris, terra Britannæ, maris.  
Non hoc præsidium, non sunt ea munera tanti,  
Nec placet hac nobis conditione Salus.

Jo. Pearson.

**E**rgo obis, & nostras nunquam redditurus ad oras  
Fata indigna subis? Tene ergo lacestere fluctus,  
Te ferus immitti potuit Neptunus hiatu  
Haurire, & sacras tecum raptare carinas?  
O superil quæ vos pietas cultusve movebit?  
Sic sanctos aris compensant Numina fumos,  
Thuraque, & heu moesti sic curant vota Lycei?  
Quid vero superos, quid fata fatigo querelis?  
Nam faciles sacra umbra deos, & Numina ponti  
Expeti est sat's æqua sibi, mitesque fuerunt  
Hippotadæ famuli. Sed non periisse putate  
Delicias ævi: nec enim potuere liquores  
Rara tot æternæ disperdere pignora mentis.  
Cùm stetit in patriis exultans pinus arenis,  
Ipsa Salus metuit, cunctæ metuere Camœnæ,  
Pastaque sollicitos cum Fama Pallas amores,  
Multæ salutifero libarunt vota Tridenti.  
Mox ubi deserto discessit littore puppis,

O quam

O quam lascivo porrexit brachia motu,  
Et crystallineo gremium repolivit amictu  
Tethys! quam blandi spirabant murmuris aurae,  
Latique mobilibus verrebant marmora flabris!  
O quam festivis mulcebat cantibus Austrum  
Cymothoe virides percurrens pectine crines!  
Quam Phorci Glaucique cohors, & amena petulæ  
Agmina Nereides, pondus mirata carinæ,  
Uda Pherecleo posuerunt oscula ligno.

Mitia jucundum sulcabit cœrulea rostrum,  
Et subridentum trudebat vela Notorum  
Turba juvans. O quam felici sidere fratres  
Oebalii micuere Dei! Nunc æquora rari  
Senserunt oneris pretium, cupiuntque potiri.  
Nil tanti dorso gestas, qui templa Tonantis  
Astraque fers humeris. Ardet jam Tethys, & imos  
Felicesque ratis tentat lustrare recessus:  
Jam puppim ferit, & laxis compagibus omnis  
Cepit rima Deam. Videt hunc, Phœbusque putavit:  
Sic etenim fulvo crispatos vellere crines  
Vidit, & intonas tali lanugine malas.  
Protinus accedit metuens, refluoque meatu  
Lambit prona pedes; mox totis irruit undis,  
Et rapit ad proprias avidis amplexibus aulas,  
Donec regales tandem subiere Maeandros  
Neptunique lares, quæ se alta palatia Nerci  
Æquoreisque patent penetralia regia valvis.  
Cede tuis fatis, superum haud mortalis alumne:  
Icole cœruleas Tritomum jussus abyssos,  
Et freta divinas discant Hyperionis artes.  
Instrue Sirenas, & fleete lepore Cyclopas;  
Doctaque saxosos emolliat aura Charybdis  
Fœtus, & liquidos vincat facundia divos.  
Sic montes & monstra tulit Rhodopeius Orpheus,  
Traxit & ad lyricos Plutonia regna canores.  
Felices nimium vitæ, gens cœrulea, nymphæ

Naïdes

Naïdes, Oceani quæ festinatis ad undas;  
 Vos qui dilectam complecti poscitis umbram,  
 Sacratamque Diis animam, manesque disertos;  
 Flete, & inexhaustos deducant lumina rivos:  
 Semper flete, pios totique liquamini in amnes,  
 Quælibet ad primum refluit dum lympha profundum.  
 Tantaque dum æquoreos nunc erudit umbra Penates,  
 Nec vos mutatas posuisse optabitis undas:  
 Namque ibi Palladias dum promit pectora gazas,  
 Vel Siculæ rupes superabunt Phocidos arcem,  
 Et vada Pieris præstabunt salsa fluentis.

R. Brown.

**Q**uisquis es, invictum cui circum pectora robur  
 Constat, & haud timido corda tremore quatit,  
 Tu solum tutò nostros meditere dolores,  
 Et, mala ni fuerit mens, meditere tuos.  
 Tu poteris fixus malefidi in littore Deii  
 Audire & santis temnere murmur aquæ;  
 Seu murmur fuerit, seu jam suspiria: tanti  
 Forsan aquæ sceleris poenituisse queant.  
 Fortè suas scopulo fatali uinciscitur undas,  
 Fractaque jam justus flumina Deius agit.  
 Tu miseræ species fluitantia fragmina cymbæ,  
 Sedibus (ah!) mirè dissociata suis.  
 Prora domum repetit, puppis festinat in altum,  
 Sparsaque diversis vela feruntur aquis.  
 Litoribus totis adsunt monumenta ruinæ,  
 Et navis portus unica mille subit.  
 Fluctibus è saturis transjecta cadavera cernas,  
 Et nimis in tumulos & malè lota suos.  
 Aspicias charum hoc corpus, simul ora jacentis  
 Rorabis lacrymis jam sati suda tuis.

Hæc

Hæc nuper dominae Rationi fida ministra;  
 Hæc consummatæ mentis adulta domus,  
 Hæc manus assiduo versare volumina nisu,  
 Illa reprobando lecta notare libro;  
 Ultraque ad optatos sece prolegendere coelos,  
 Ultraque munifica necesse mentis opus.  
 Hoc caput o quanto turgebat Apolline! quam non  
 Contentum cunctis artibus esse velit!  
 Lingua hæc confectis violento melle catenis  
 Quot rapuit, quovis sic cupiente rapi!  
 His fidæ in fibris caluere altaria flammæ,  
 Dum sanctus dupli fieret amore focus:  
 Primus amor propriam lambit sua sidera sphæram,  
 Alter amicitæ maxima sacra facit.

Tu sic cantabis; dum nostris artubus horror  
 Ingruit, & clausum vocibus hæret iter.

J. B.

Ποίον δάκρυσος ἔχει τρομερὸν κέαρ, ὥστε κεραυνῷ  
 Αἰφνιδίων διαπληκτὸν; ἐκοι σφρήσαστο γλώσσα  
 Εμβύθου πένθος, καὶ δεινοὶ δίψαστα δρῆσαι  
 Αρνύσαι. Τερπά ἐν πτυχῇ δάκρυν Μεσσῆν  
 Ογκόδεις υγρῶν τὸν αὐτοῦ ἐς πάρον ἀντίλιπον  
 Ρέπτε Ποσειδάνιος ἐρυγματνούς αἵνιαν  
 Παντὶ ἐμέων παρεπάνοντα τὸν αἰρεγέτετε Νύμφας  
 Άλον ναιάδας, καὶ ἐν πτερᾳ τένυντα γενεθλίας  
 Ήσείης μηδ ὄμοις, διπλοπτεῖας ἀναπτυξειν  
 Μολπᾶς, Ἀλλ' ἐφ' ὅτῳ ὑμᾶς ἀνόντος ὁπρύνας  
 Ταῦτα ματάσσεις Ωμοζεῖσις ἀνακρύπτεται, ἀχεῖσσις  
 Μὴ ἐνδιδάκνοντα τρυπάσεις. Τυρῆς δὲ Βλικάνος  
 Αδρανέας ὀδυνασσεις οὖν παρθενοῖς τοις, οὐδὲν  
 Βυσσόδεν ὀιωνγιλιών πολεύεται, οὐδὲν δυράς  
 Κυμαίνοντας ἐπι μασίσαιν τὸν ιάπτετον  
 Ειναλίοιο δέος δυσταχταὶ τριβελὲς δόρυ παύτινοι  
 Τυτέρεσιν διόργην, οὐδὲν πάμοσαρον ἔγχος Ολύμπιος  
 Απλεδαι μέδαις, οὐδὲν χλωρεῖσιν κορώνασσα

D

Arias;

'Αιδοῖς κλέδοις δακῆ. 'Ον τόρε κλέπτος  
 Μαραρίτης πολύτικος ἀμετέρων θειάθλος  
 'Ερδυμιχήν πόντην ὑψησε δ' ἀνταῦ θάνατον  
 'Ουεγρίδων Βασιλεὺς, οὐρὴ την ἔτει λιγύστης γάνης  
 Καναρῆν ρυτάν' εἰ μὴ την χαρέσθηται  
 Κρύπτεται εἰς ζεύρην, αὐτηρὸς τετραδόντος ιδίαν  
 Μαρμαρύγην ἀστρονομοράθη πάσος θαλάσση.

Ja. Pots.

P Urpureis veluti puppis, quæ turgida velis,  
 Cui Paphos aut celsis decrebrant Ilimara sylvis;  
 Et tumida spe plena suis jam regnat in undis,  
 Dum cupit auratam Triton contingere proram,  
 Nereidumque chorus, votorum spiritus implet  
 Lintea, divitijsque Arabum spe præcipit omnes;  
 Non fert hoc Nemesis, configunt turbine venti,  
 Alta tument, pictosque deos adverberat unda:  
 Et longum quam struxit opus ratis æquore lato  
 Spargitur, aut sepolo miserè lacerata recumbit:  
 Sic periit modò, quem propius sibi junxit Apollo.  
 Musarumque chorus, qui nuper carbasa latè  
 Sustulit ingenti famæ turgentia vento,  
 Oceanumque vagum naturæ transiit, ultra  
 Herculeosque sinus Atlanteosque recessus;  
 Hesperidum visit, quos dirat fabula, ramos,  
 Heliadum & lacrymas, quibus est dignissimus: ipsas  
 Tam bene non meruit, præcepis qui lapsus in annem  
 Eridanum rutilos flamma populante capillos.  
 Sic rosa, sic prati fuerat quæ gloria, mersum  
 Deprimit imbre caput; sic felicissima terræ  
 Quæ seges, heu gravidis nimium procumbit aristis.

Car. Mason.

Hen!

H Eu! quid malignis pontus inhorruit  
 Suspensus undis! quid mare perfidum  
 Ventusque conspiravit in te,  
 Te, decus & Edoarde nostrum!

Fluctus pudendi scilicet obruant  
 Tot literarum præmia; scilicet  
 Tot noctium (proh!) tot dierum  
 Nox sumul una premat labores!

Piscésque muti in viscera devorent  
 Lingua Latini mellis & Artici  
 Stillante plenam suavitatem,  
 Ah, tumulo meliore dignam!

Delphinus æquor nullus Hibernicum,  
 Credo, pererrat: Nempe fidicinem  
 Dorso Methymnæum repando  
 Piscis amans hominum subivit;

Tutumque arena depositus sua.  
 Quid mille nervos, aut quid Arionas  
 Dicemus? unus, unus iste,  
 Iste lyras superavit omnes.

Infida pinus, navis inhospita  
 Cur o dehincit? cur latus impium  
 Admisit undam? tutiora  
 Promeruit sibi ligna vector?

Non ille eadis, non abiit reus  
 Furti, nec hostis vim patriæ tulit,  
 Ut legis hinc ereptus ira  
 Vindice naufragio periret.

D 2

Sincerus

Sincerus (cheu !) pectoris, integer  
Vita recessit : nil oneris mali.  
Ratem gravabat; nil ab illo  
Aut sceleris fuit aut pericli.

Infame littus ! te ravidum mare.  
Fractis solebat plangere fluctibus  
Nunc planget illum, quem tremendis  
Faucibus in sua regna sorpsit.  
Coke.

**Q**uæ tibi tanta fides, quæ (Cæsar) pectora, quando  
Horruit insano gurgite cana Thetis?  
Paluit in cymba, qui tristia sidera nôrat,  
Portitor, & dubias sollicitarat aquas;  
Ille trucis Boreæ metuedat flabra: sed, inquis,  
Cæsaris & portas fata timenda salo.  
Hic quoque Cæsar erat, sed qualis Scaliger; artis  
Sceptriger, & meruit nomen habere Dei.  
Hei mihi ! quam timui, genero nè cœrula tanto  
Regna superba forent, Nereidumque domus !  
Si tanti constet fieri te Nimen, ut undis  
Imperites, capias has quoque Numen aquas;  
Has lacrymas fletusque meos. Non fida fuérunt  
Æquora, non nostri Cæsar is alta ratis.  
Fortunas non, Kinge, tuas, sed & æquora nostras  
Abripiunt, dum te sic tua fata ferunt.

Steph. Anstie.

**Q**uam pulchra nostro stella delapsa est polo,  
Cujus coruscum luce non humili jubar.  
Utique ad remotas orbis emicuit plagas !  
Undis sepultus Phosphorus noster jacet,

Et.

Et nos tenebris gemimus extinctam facem.  
Quis temperare à lacrymis merito potest,  
Lugubrem amicâ mente qui volvit necem,  
Tantamque cladem? Sensimus fatu tuo  
Commune damnum patriæ (charum caput)  
Reique literaria dispendium.

Quamvis peristi naufragus, tota est tamen  
Jactura nostra: strage concidimus pari,  
Qui lacrymarum flumine obruimur pio.  
Dixi, peristi? Vivis Elysii plagiis,  
Pretiosa superis anima, delicium poli.  
Vitabit Orci fata pars melior tui,  
Nec cedet atris ingenî proles aquis  
Lethes: serenus ignea mentis vigor  
Nullo furore fluctuum extingui potest.  
Liquisti amcenam memoriam nepotibus,  
Nihilque, quod non & sapit doctum & piut.  
Caduca talis hortuli Venus, Rosa  
Regina florum, pulchra virgineis comis,  
Jam rore prægnans, gemmulis cœligravis;  
Violenta quam vel pollice ingrato manus,  
Vel grandinantis faxeus coeli furor  
Decerpit, antequam suum explicuit deus,  
Plenamque mundo gloriam expansam dedit.  
Quamvis venustum purpuræ amittat jubar,  
Et indecoro pulvere obliquet caput,  
Attamen odoros fundit è sinu globos,  
Fragrantiores spargit & nimbos sui.

Quid ille meruit cereis penais avem  
Mentitus, infortunii faber sui ?  
At nomen undis antea ignotis dedit.  
Quid ille meruit fortis ignarus suæ,  
Curus paternos improba frænans manu?  
An non temeritatis malas pœnas tulit?  
At hunc electro virginum plorat Trias.  
Quid ille tandem, dente lunato ferox

D. 3.

Quem

Quem vulnerabat prædo sylvarum, & rapax  
 Nemorum tyrannus sordido frendens specu?  
 At hunc dolore & lacrymis plangit Venus.  
 Solenniores postulat threnodias  
 Hic ille noster. Quos pios lessus canam?  
 Hunc transmarini grata dulcedo soli,  
 Amorque rapuit patriæ, cum in limine  
 Exstuantis cecidit immersus sali.  
 In parca Fatal ferreas leges Stygis,  
 Quam nulla pietas flectere aut artes valent?  
 At nunc beata patria gaudet frui,  
 Æternitatis aurea ornatus stola.  
 Qualem sacrato funeri statuam struem?  
 Monumenta condam? Saxa Mausoli ruunt;  
 Ruunt colossi; mole succumbit sua  
 Acuminato pyramis fastigio,  
 Et vix ruina restat: hæc miracula  
 Rapit vetustas, ipsa consumptrix sui.  
 Meliora doctis manibus, cineris tui  
 Perenniores memoria lauros dicat  
 Mœrens Thalia, carminum trophæaque  
 Æterna statuit: Musa te vetat mori.  
 Systema periit artium, scientiae  
 Omnis patronus cultor idemque optimus.  
 Exhaustis omnem fontis Aganippes penum,  
 Et tortuosis nexibus philosophiam.  
 Anfractuoso gurgite absorptus senex,  
 Quem magna latuit causa refluxus maris,  
 Si te tuamque calluisset ingenii  
 Subtilitatem, nosset & acumen tuum,  
 Non habitantem ceperat fluctus sophum.  
 Quid te, tridentis rector æquorei, & maris  
 Monarcha vasti, movit ad tantum malum,  
 Ut invideres pignori terris dato?  
 Metuisne Athenis Palladis victoram,  
 Oleamque doctam mente perpendis tua,

Quod

Quod unionem hunc conditum finu tenes;  
 Præstantiori non ratus præda frui  
 Te posse? Fateor; esto. Sed Pallas siuum  
 Pro derelicto non habebit militem:  
 Suum requirit, jure doctrinæ frum  
 Jactans alumnū, rore quem docto imbuit.  
 Inesse quicquid mente solerti solet,  
 Latere quicquid mente generosa potest,  
 In arce fixit pectoris sui pedem.  
 Quem tanta tamque clara decorarunt bona,  
 Maturus obiit regia coeli. Parem  
 Naturanobis nec dedit, dare nec potest!

Jo. Hoper.

**I**N liquido horrentis tumultati marmore ponti  
 Hoc solidum marmor nomen inane capit.  
 Sed nec inane tamen: dum stat modò pontus & æther,  
 Flumina dum Chami lenius ipsa meant;  
 Et fluvius placide surrepenti agmine lapsus  
 Exprobrit ipse fretis invidiämque facit.  
 Infelix, quid agis? quid tecum Helicona remisces?  
 Castra quid in saltis fluctibus unda perit?  
 Alpheum poteras facilis transmittere ductu,  
 Nec magis hinc rivos polluit ille suos.  
 Ipse negabo meas posthac tibi ducere lymphas:  
 Ah! scelus unda tuum nulla piare potest.  
 Nil agis, ô demens: non primum hic æquore mersus  
 Est sophix princeps; sed neque mersus erit:  
 Æternum Aoniis nomen superenatat undis,  
 Murmur aquæ titulos bulliet usque meæ.  
 Mota quidem est Thetis, & damnum sua crimina flevit,  
 Fluxit & in guttas noxia petra suas.  
 Frustrâ; namque virum evexit super æthera virtus:  
 Credite, naufragium nesciit illa pati.

Suspense

Suspensaque Deo mens est clapsa tabella,  
Corporis & laceram despicit inde ratem;  
Et sedet in portu, sanctoque armata sereno  
Tranquillum aeterno lumine nafta diem est.  
Ire leves undæ, & nequicquam sœva procella,  
Et bene vexati gratior ira maris.  
Vela dabat celo; liquidam facit unda curalem;  
Qua jam tacturum sidera summa vechit.

R. C.

**T**H' τῆς φθονοῦ πηγὴν ἐνεπόπτα μοι  
Ἐκ πολλῆς ήδη ἔδειξεν ὁ φιλόσοφος λόγος,  
Ως τὸν αἰδίαν εἰδότα σεφάς τῆς δυσπυχίας  
Οὐδέν με ἐπιτίησι τὸ γερνός ἔδειμαι.  
Τί γὰρ τὸ θαύμα, εἴ ποτε ἐμποτεῖν πυρὶ<sup>1</sup>  
Δύναται φερανγεῖς αὐθίστον τὸ χαροπὸν φάσος  
Τῆς ταλαγωμός, εἴ τοι τοιούτην ἔτις οἰεσθαι φόρος,  
Τηλοποῖον αἴγλως τῆς Ἀδητᾶν λαμπτόδος,  
Ἐοσφαντεῖς, αφάνιος τὸ πολυθρονούμβατα  
Αλμητοῖς Ιερνίδος. ἀλεστον τὸ νεατίς  
Τὸ διάδημα πόντος ἀμετίχος ἀρεόποτος,  
Νέκταρας σαλαδίειν κείλεσα ποτὲ τεινότα  
Στύρεις θελατῶνται ἀλμυρέσσι, καὶ πικέδην ὑδωρ  
Ἄγνδην μαλνεῖς σῶμα. Τῆς Κυπρίδος διάτοι  
Πιατήρια βοδευκτοῖς τῆς αἰγαμούδην αἵλες  
Αρεός ὁ αἰτόπλυτος, εἴδη ὡς χειμάζεται  
Ψυχῆς βεβαίας ἄρπον ὁ ζεύδεος νεώς.  
Αρετᾶς τοῦ αἰνόρδος ἐξαριθμεῖν πρεθέμει.  
Βούζει ἢ σόμα τοῦ περιγυμνοῦ τὸ νέφρουν,  
Ως ανεῖ ἀπειρος ὀπτικυλινδρόδιον ρόος  
Ογκοδοσιού πλάγυας. Ουμας δὲ οὐ δισφορῶς,  
Τῷ τεθρεῶπι ταυτά ποιεῖς καὶ αὐτὸς ταῦθα.

H. More.

In

*In obitum præstantissimi doctissimique viri*

EDWARDI KING,

*Alumni quondam mei charissimi.*

**S**TULTUS trecentas ingerit plagas freto,  
Et necit arctas compedes maris Deo,  
Impius in Austros arma Psyllorum movet,  
Quicunque summi Numinis legi obstrebit.

Gestare silices Stoici cordis tamen

Arguerer, & adamanta duri pectoris,  
Me nisi moveret cladis accepta dolor:

Qui fræna justus poscit immitti sibi;

Si non abominarer Austros, &amp; fretum,

Scopulos, ratem, improbumque rectorem ratis,

Cujus scelere juvenis spei ingentis meus

Periit alumnus morte acerba, ingloria.

Sed non periit à gloria &amp; vita simul:

Namque illum alumni Phœbi &amp; Aonidum chorus

Clarant, Lycei myſta &amp; Academi cohors,

Virtutis, artium, scientiarum, pia

Mentisque testes; famam ab Orco vindicant,

Portant ad astra nomen, &amp; celo beant.

Dudum beatam qui dederat animam Deus,

Cœlo recepit carcere emissam nigro

Corporis, &amp; addidit novum stellis decus.

Iesus inanes mittite ergo &amp; nenia;

Virtute castos impii &amp; stulti fleant;

Lugere felices nefas est &amp; furor.

Vel sic relicto vos salutem dicite,

Salye, beate Rex, &amp; aeternum vale.

Thom. Farnabius.

E

T

In

**In immaturum obitum**  
**EDWARDI KING,**  
**fratris sui charissimi.**

Æpe quidem metui cui longum sicca dolori  
 Servassent tacitos lacrymarum lumina fontes.  
 Huc ver continuum duxi, sine nube serenos  
 Exegi soles, & nullum dulcia fatum  
 Intempestivo violavit gaudia luctus  
 At nunc in mœstos transivit scena cothurnos;  
 Tristis hyems, & perpetuo nox plena dolore  
 Irrupit, subitique rapax violentia fati  
 Insolitum saeo stupefecit vulnere pectus,  
 Jam tandem, frater, tibi vitrea claustra reclusi,  
 Fœcundumque penu jam stagna recondita laxat,  
 Accipe perpetuum à nostris vestigal ocellis,  
 Dum caput irriguum funebri rore madebit,  
 Et poterit frangi in singultus spiritus ægros.  
 Hoc amor, hoc pietas vovit. Non dura perusti  
 Heliades tantum fleverunt funera fratris,  
 Aut nati Andromache Phrygia de turre ruinam:  
 Rupibus exhaustis citius Sipyloea mater  
 Arebit, fletusque Hyadas certamine vincam.  
 Te salvo, fratum vix movit quarta meorum  
 Jactura, & levius cruciarunt bina parentum  
 Funera: pensabas partim dispiciatanta,  
 Et fueras orbo solamen dulce superstes.  
 Te consanguineo, regnum sine lite quietum  
 Cessisset propriasque vices Cadmeius hæres.  
 Arsisset tecum potius distinguere cœlum  
 Oebalius frater, pretiosaque dona Deorum  
 Æternamque tibi consorti seindere vitam.  
 Tam placidi mores, & nunquam torva superbi  
 Bruma supercilii, & lenis constantia vultus.  
 Alt (heu!) quam dubio rerum convolvimur astu!

Cuncta

Cuncta vices subeant cœcas, radiisque rotarum  
 Volvuntur, pensumque suum Fortuna rexit.  
 Scilicet (heu!) perit decus & spes unica nostri  
 Nominis, obscuraque suo nos prodiit umbras  
 Occalu, nondum maturis integer annis,  
 Dùmque suum premeret prona expectatio florem,  
 Extremus fati timor, ac injuria summa.

Qualis, victrici nuper dum fulminat ense  
 Cæsareas inter turmas, Martisque procellas  
 Ingeminans propriis Aquilas exterrat ab arvis,  
 Gustavus saeo forte interceptus ab ictu  
 Concidit, & bellum interruptum morte reliquit:  
 Statim vota silent, & spes sublabitur omnis,  
 Fervidaque attoniti stupet expectatio mundi,  
 Sensit ubi ad qualam steterat victoria metam:  
 Heu! talis cecidit mœdis in plausibus Ille,  
 Ornamentum ingens patriæ, gentisque togatae  
 Deliciae, magnis ætas dum prima laborat  
 Promissis, prelumque suis inhibaret avaræ  
 Primitis, peteretque caput Res publica tantum.  
 Sic labor agricola violento sternitur imbre,  
 Vernaque sic Libycis afflantur germina ventis.  
 Nempe potestatem solet ostentare superba  
 Mors, & majores dant funera magna triumphos.  
 Stringitur in quercus vicinaque culmina fulmen;  
 Et venatoris jaculo cadit ardua cervix.  
 Cum diffusa lues, aut inclemencia belli,  
 Aut funesta famæ plebeis stragibus orbum  
 Fœdarit, tellus tantum relevatur inertis  
 Pondere, jacturamque suam natura salubrem  
 Agnoscit, nec se faciem amississe gravatur;  
 Abstergoque nitent eterno felicius urbes.  
 Quod si quis magnus pacis vel Martis alumnus,  
 Aut sceptro clarus fato succumbat iniquo;  
 Integra totius quassatur machina mundi,  
 Et trepidi motu rerum confunditur ordo;

E 2

Fama

**In immaturum obitum**  
**EDWARDI KING,**  
**fratris sui charissimi.**

SÆpe quidem metui cui longum siccæ dolori  
 Servasset tacitos lacrymarum lumina fontes.  
 Huc ver continuum duxi, sine nube serenos  
 Exegi soles, & nullum dulcia fatum  
 Intempestivo violavit gaudia luctus.  
 At nunc in mœstos transivit scena cothurnos;  
 Tristis hyems, & perpetuo nox plena dolore  
 Irrupit, subitique rapax violentia fati  
 Insolitum sævo stupefecit vulnere pectus,  
 Jam tandem, frater, tibi virrea claustra reclusi,  
 Fecundumque penu jam stagna recondita laxat.  
 Accipe perpetuum à nostris vectigal ocellis,  
 Dum caput irriguum funebri rore madebit,  
 Et poterit frangi in singultus spiritus ægros.  
 Hoc amor, hoc pietas vovit. Non dura penulti  
 Heliades tantum fleverunt funera fratris,  
 Aut nati Andromache Phrygia de turre ruinam:  
 Rupibus exhaustis citius Sipylea mater  
 Aredit; fletusque Hyadas certamine vincam.  
 Te salvo, fratum vix movit quarta meorum  
 Jactura, & levius cruciarunt bina parentum  
 Funera: pensabas partim dispensiataanta,  
 Et fueras orbo solamen dulce superstes.  
 Te consanguineo, regnum sine lite quietum  
 Cessisset propriásque vices Cadmeius hæres.  
 Arsisset tecum potius distinguere cœlum  
 Oebalius frater, pretiosaque dona Deorum  
 Eternamque tibi conforti seindere vitam.  
 Tam placidi mores, & nunquam torva superbi  
 Bruma supercilii, & lenis constantia vultus.  
 Alt (heu!) quam dubio rerum convolvimur æstu!

Cuncta

Cuncta vices subeunt casas, radiisque rotarum  
 Volvuntur, pensumque suum Fortuna retexit.  
 Scilicet (heu!) periit decus & spes unica nostri  
 Nominis, obscuræque suo nos prodidit umbra  
 Occasu, nondum maturis integer annis,  
 Diuque suum premeret prona expectatio florem,  
 Extremus fati timor, ac injuria summa.

Qualis, victrici nuper dum fulminat ense  
 Cæsareas inter turmas, Martisque procellas  
 Ingeminans propriis Aquilas exterret ab arvis,  
 Gustavus sævo forte interceptus ab ictu  
 Concidit, & bellum interruptum morte reliquit:  
 Statim vota silent, & spes sublabitur omnis,  
 Fervidâque attoniti stupet expectatio mundi,  
 Sensit ubi ad qualam steterat victoria metam:  
 Heu! talis cecidit mediis in plausibus Ille,  
 Ornamentum ingens patriæ, gentisque togate  
 Deliciae, magnis ætas dum prima laborat  
 Promissis, prelumque suis inhiaret avaræ  
 Primitiis, peteretque caput Res publica tantum.  
 Sic labor agricolæ violento sternitur imbre,  
 Vernâque sic Libycis afflantur germina ventis.  
 Nempe potestatem solet ostentare superba  
 Mors, & maiores dant funera magna triumphos.  
 Stringitur in quercus vicinâque culmina fulmen;  
 Et venatoris jaculo cadit ardua cervix.  
 Cum diffusa lues, aut inclemensia belli,  
 Aut funesta famæ plebeii stragibus orbem  
 Fœdarit, tellus tantum elevatur inertis  
 Pondere, jacturamque suam natura salubrem  
 Agnoscit, nec se faciem amisisse gravatur;  
 Abstergoque nitent coeno felicius urbes.  
 Quod si quis magnus pacis vel Martis alumnus,  
 Aut sceptro clarus fato succumbat iniquo;  
 Integra totius quassatur mactina mundi,  
 Et trepido motu rerum confunditur ordo;

E 2

Fama

Fama volat, moestisque omnes rumoribus aures  
 Contristat, lacrymas passim lamentaque spargens.  
 Sic ubi fraternæ totos intercipit ignes  
 Luna facis, terramque inopinis implicat umbris,  
 Abrumpitque diem medium, plus commovet orbem,  
 Quam si cœlestis restincta plebe catervæ  
 Aëtermum informes ageret nox orba tenebras.  
 O quantis tibi magni, Academia Mater, Alumni  
 Lugendum est lacrymis damnum! Nunc laurea ferta  
 Exue, funereamque tibi connecte cupressum.  
 Ah! quoties illum Pericleo fulmine rostra  
 Quassantem, & dulci fundentem nectar ab ore,  
 Vocibus exceptit circumsona turba secundis!  
 Quantos injiciens captivo retia vero,  
 Cœcaque subtilis solvens ænigmata Sphingis,  
 Cecropiæque domus adytum & penetrale Lycei  
 Pandens, vicitri contraxerit arte triumphos!  
 Jam verò fileant plausus & blanda favoris  
 Murmura: complorent Artes, tristisque Camœnæ  
 Castalias superent lacrymarum gurgite ripas.  
 Palladis ille pugil, flos ornatissimus horti  
 Pierii, stupor ille togæ & pretiosa voluptas  
 Præripitur, tacitaque jacet nunc obrutus umbrâ.  
 Infelix juvenis! certè tibi fata seniles  
 Annoverare dies, nec spes deludere nostras  
 Debebant, saltē vel lethum mite deditse,  
 Humanoque tuos cineres donasse sepulcro.  
 Hæc mores, hæc commeruit sibi præmia virtus:  
 Quæ si labentis vita producere filum  
 Posset, & effectis membris revocare juventam,  
 Secula Cumææ vatis Pyliamque senectam,  
 Et Pharii volucris poteras transcendere bustum,  
 Atque peregrinum cursu prævertere solem.  
 Sed cur incassum querimur, dum fata querelis  
 Latentur, lacrymasque bibant pro nectare nostras?  
 Hinc nostrum damnum: nam festinantiūs urget

Parca

Parca viros magnos: propriam putat esse senectæ  
 Virtutem; longamque sati, si sit proba, vitam.  
 Sic modò crediderat fatali peste doloris  
 Innumeræ cædes hac una clade deditse.  
 Illum igitur (proh triste nefas!) absorpsit in undis  
 Arctois, terræ spolium, pretiumque profundi.  
 Dignior ille fuit sub mole jacere sepulcri,  
 O Mausole, tui, aut Pharii sub turre tyranni;  
 Dignior & Cilicum sylvis, & messe Sabea,  
 Et stacte, & misto Cinyreii germine rami,  
 Quicquid & Assyrii spirant opobalsama virgis:  
 Attamen haud aliás credo voluisse perire;  
 Ut parem Aristoteli mortem, par funus haberet  
 Pompeio, totum complexus corpore regnum  
 Neptuni, & facilem indignatus cespitis umbram;  
 Scilicet ut terram vita compleverat omnem,  
 Sic etiam Oceanum celebraret mortis honore.

Henr. King.

**M** Itte maris Dominus quis sit disquirere, Selden? Oceani Rex est, quem tegit Oceanus.  
 Si quanti constet regem maris esse rogatur,  
 Scilicet ob titulum hunc perdita vita tibi.  
 Mitte, Groti, Batavæ qui gentis gloria, mitte  
 Pensum in quo sudas, Libera nunc maria.  
 Libera nunc non esse patet; quia non datur isti  
 Tam charo capiti transitus innocuus.

Job, Hayward, Eccl. Cath. Lich. cancellarius  
 & canonicus residentiarium.

E 3

Ut

UT primū audieram tristissima nuncia; amicum,  
 Egregium multis nominib[us]que virum,  
 Fluctibus abreptum; velut ictus fulmine, mutus  
 Obstupui: arripui tum properus calamum;  
 Flebilisq[ue] elegis altum lenire dolorem  
 Aggredior; frustā: profiliunt lacrymæ,  
 Nomen & inscriptum chartæ torrente frequenti  
 Delent: sic iterum fluctibus obruitur.  
 Protinus ab iiciens calamum chartamque, meipsum.  
 Atque oculos unā corrīp[er]io graviter.  
 Define: tūne, inquam, Edvardi sine dīvite vena  
 Edvardum dignè concelebrare paras?  
 Materiæ concedet opus, licet ipsa Maronis  
 Musa aspiraret, Nasoque succimeret.  
